



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt XXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)



tatis specie adumbrare conatus fit, quemadmodum Vulpes ista, quę aurum defoderat, summa cum diligētia omnia sua vestigia occultare nitebatur, veruntamen aliquod signū apertius semper remanet. Ideoq̄ue dicitur, quod nec ipse diabolus vel mille doctor artium in eam se transfigurare substantiam possit, in qua penitus sic mutetur, vt cognosci nequeat. Semper enim pars aliqua remanet (aut cauda, aut pes) quę diabolum esse ostendat. Sic etiam rarissimum, si attendas, quod non fit mancum & mutilum, & aliqua ex parte claudicat, profertur mendacium.

CAPVT XXV.  
ARGVMENTVM.

*Vltima fata patris, mortēq̄, exponit amarā,  
Terminat & Vulpes ingeniosa dolos.  
Pisillo reprobus sixontundatur aheno,      α  
Non tamen insidias exuēt ille suas.      α*

**P***Er dura Rheni frigora,  
Et murmurantis Albidos  
Trans flumen Vrbes plurimas  
Parens meus lustrauerat:  
Exercitus & militum  
Vim maximam conduxerat,  
Ad tempus optatissimum  
Æstatis huius proxima.*

*Posthac domum reuertitur  
Cætumq̄; mox sodalium,  
Lupumq̄; quarit anxius,  
Vrsamq̄; Regis amulum,*

*Quos*



Quos in tabernis ebrios  
Tumultuosos inuenit.

His ergo mores gentium,  
Casusq; narrat asperos.  
Vt mille tot pericula,  
In oppidis euicerit,  
Canumq; tot latrantium  
Vires graues effugerit.

Quam saepe celsis montibus  
Venator illum persequens  
Non quiverit deprendere.

Post dicit admirantibus,  
Quot milites conscripserit:  
Vt copiam subduxerant,  
Apparet esse milites,  
Plus mille quam certissimos,  
Qui bellicè iurauerant  
In militarem gloriam:  
Vellent quòd omnes strenuè  
Loco Brunonem Principis  
Habere perpetuum sui.

Dei per amplam gratiam  
Id impedui sedulo,  
Et sum moratus gnauitor.

Dum destinantur caetera,  
In antra sylua protinus  
Occulta migrat proxima,  
Auri sepulti maximam  
Auferret et pecuniam,  
Primo parens subrupibus  
Specus odorat sedulo,  
Cabile nec non vndique

Vestri.



*Vestigat antri frondem.*

*Hic ortalis, & maxima  
Acerbitas est omnibus.*

*Ablata sentit omnia,*

*Nec vitium teruncium*

*Tot inter auri pondera*

*Quasitor & squam repperit.*

*Tum questibus cacumina*

*Implebat alta montium,*

*Et cor querelis anxium*

*Rumpebat, et singulibus.*

*Patremq; desperatio*

*Tunc occupavit pessima,*

*Abit, ligatq; guttura,*

*Et colla vinculis implicat.*

*Hinc proxima ramusculis*

*Spe destitutus & leima,*

*Ab arboris suspenditur.*

*Sic hostium regalium*

*Hoc institutum pessimum*

*Dolo meo compe scui,*

*Et impediui callidè.*

*Hic error omnes fascinat,*

*Ut me velint extinguere:*

*Caputq; nostrum deuouent,*

*Et innocentem luvidis*

*Abominantur Vocibus.*

*Nec innocentem tradere,*

*Regiq; vitam sistere,*

*Non esse Virtus creditur,*

*Nec liberat suspendio.*

*Ut ecce coram cernitur.*



1. **S**Cientia & Virtus rei militaris & castren-  
 sis militum ratio hîc attingitur, adumbra-  
 turq; quàm turbulentum illud importunum  
 & temerarium genus hominum sit. Quippe  
 qui pecuniæ gratia, quam velut alteram ani-  
 mam venerantur, vel ipsum cœlum, duce dia-  
 bolo, expugnare, superisq; Iouem detrudere  
 regnis conarentur. ~~Nemo vnquam tam ini-~~  
~~quus, inuerecundus, aut malus in rerum na-~~  
~~tura extitit, qui non pecunia omnia, qua vo-~~  
~~luit, comparare sibi potuerit. Quocirca tam~~  
~~omnibus nationibus in ore fuisse hæc videtur~~  
~~fontentia, quàm nunc etiam omnibus est in~~  
~~vsu. Pecuniæ obediunt omnia. Vide Græcus~~  
 Poëta inquit:

Euripid. in  
Phœnissis.

*Mortuilibus nil charius pecunia,  
 Atq; inter homines vna plurimum valet.*

In Pluto.

Item Aristophanes,  
*Proh & nihil sumum reperies & spiritum,  
 Sed pariter omnes feruntur & victi lucra.*

Idem facetissimè persequitur, quicquid re-  
 rum vel bonarum, vel malarum geritur inter  
 mortales, id pecuniarum gratia fieri, quin et-  
 iam Diis ipsis non aliam ob causam rem diui-  
 nam fieri, atq; inter alia multa refert.

*Si quid eximium est, aut splendidum:*

*Si quid venustum, hominib. abs te vno venit*

*Siquidem opibus vniuersa simul obediunt.*

Huc pertinent & versus è Comœdia qua-  
 dam,

*Argen-*



*Argentū & anima & sanguis est mortalibus,  
Hic qui caret, nec sibi par aut sedulo,  
Vnos hic inter mortuus circum ambulat.*

Proindè Horatius pecuniam Reginam appellat dicens:

*Scilicet uxorem cum dote, fidei dā; & amicos,  
Et genus, & formam, Regina pecunia donat.*

Sed nemo festiuius pecuniæ Tyrannidem descripsit, quàm Euripides Bellorophontem ad hunc modum loquentem faciēs. Referuntur autem à Seneca versus aliquot, fabula i. *Lib. Epistoliarum 30*

*Sine me vocari pessimum, et diues vocer,  
Nemo an bonus, an diues omnes quarimus.  
Non quare, & unde, quid habeas, tantū rogāt  
Vbi que tanti quisque, quantum habuit, fuit.  
Quid habere nobis turpe sit, nihil  
An diues, omnes quarimus, nemo an bonus,  
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.  
Bene moritur, quisquis moritur, dū lucrū fa-  
Pecunia ingens generis humani bonum. (cit.  
Cui non voluptas matris, aut blandæ potest  
Par esse prolis, non sator meritis parens,  
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,  
Merito illa amores cælitū atq; hominū mater.*

Cū hi, inquit, nouissimi versus in Tragedia pronunciati essent, totus populus ad eijciendum & actorem & carmen consurrexit, vno impetu, donec Euripides in medium ipse profiliit, petens vt expectarent, viderent, que quem admirator auri exitum haberet. Ex hoc admirari interim licet peruersum  
præ-



præposterumque mortalium ingenium, sententiam improbam in ficta fabula, sub persona improba ab histrione recitatam in theatro non ferunt, ac per tumultum eijciunt, sibi quisque domi ignoscit. Quotus enim quisque est qui studio vitaque non loquitur, quod illic histrio sonabat? Horrent voces in theatro & non horrent rem in omni vita. Quid infamius, quid execratius, apud omnes, mendacij vocabulo? quid ipsa re in moribus hominum vfitarius? Quid periurio detestabilius? excute vitam hominum, periurij plena sunt omnia. Vide quid populo iurent Principes, quid Episcopi, quid Abbates, imò quid in Baptismo Christiani omnes. Confer mores, quantam inuenies periuriorum *μυρμηκων*: Quam abominantur furis nomen, at in vita nihil aliud inuenies. Nisi fortè furtum non est, accipere pecuniã mutuam animo non reddēdi, negare depositũ, mala fide inuadere hereditatẽ aut possessionẽ alienam, imponere emptori, suffurari non nihil de iis quæ tibi credita sunt, pro gẽmis vitrum obtrudere, aliud vini genus pro alio vendere: Denique nullam prætermittere occasionem fraudandi proximum.

Honesti autem & strenui milites non causa pecuniæ omnibus suum corpus prostituẽt, sed iis tantũ Principibus operam locabũt, quos ob amorem patriæ, pietatis, religionis, aut aliam honestiorem causam bellum suscepisse cognouerint: Tyrannos verò, qui sitien-



tes Christianum sanguinem ad abolendam gloriam Dei capeffunt arma, angue peius, & cane rabiente deuitabunt, & potius mendicitatem perpetientur, quàm talibus inferuiât.

Animaduerte hîc, quidnam potiffimùm ad belli apparatus requiratur, nimirum pecuniæ ingens & grandis aceruus. Qua femel amiffa atque exhausta non solum bellum finitum, verùm & tu ipse qui bellum facere atque instruere conaris, postea nullus eris. Quâ obrem in bello mouendo Imperator summa cura perpendet & secum ponderabit, quidnam emolumenti aut detrimenti inde consequi possit, erarium enim publicum interdum plus spacio trium aut quatuor mensium alendo paucos milites exhauritur, quàm si Præposituras, Ducatus, aut officia aliquot Palatina coëmiffet. Ita vt maiorem pecuniæ iacturam faciat, quam bello adipisci aut recuperare possit. Quòd si tandem etiam gloriosam consequatur victoriam, nihilominus pecunias facultatesque suas amiffit, inimicitias non solum sibi, verùm etiam omnibus successoribus suis conflauit immortales, vt hostium extimescens minas non absque magnis sumptibus ciuitatem denuò præfidiis, custodiis, vigiliisq; munire cogatur, ita nihil præter molestias, egestatem, curas & calamitates ea ex re *Belli in eodem* accipiet. Deinde cum prouinciam ipsam ob- *moda* tiner, deuastatam eam, & fame attenuatam inuenit, in qua modestia honorque exulant: Adulteria omnisq; improbitas regnant, gra-  
uis



uissimisque peccatis Deus opt. max. offenditur, cuius omnis rei ipse autor extitit. Ad hæc populi indomiti, rebelles, impotentes legibus sibi ci nolunt, sed tanquam in gyrum rationis, quò effrænata & furiosa cupiditas impellit, arripiuntur. Postremò ærarium cùm ipse sit depeculatus, nouas quasdam conficiendæ pecuniæ machinas excogitare, subditorumq; expilatione & direptione opes perditas recuperare cogitur: Vnde sibi iram, inuidiam, & tantum vulgi odium cõciliat, vt illum quem prius hostem licet infestissimum habuerunt, si rediret, omnes expãsis vlnis amplecteretur.

Ex his aliisque multis incommodis facillè colligi potest, quòd nulla regio sumptibus maximis in bellum collatis respondere possit, vt taceam quas violentia militum ciuibus iniurias, & incommoda inferat cùm dimittuntur exercitus: ita vt nihil pestilentius aut detestabilius bello esse possit. Quod & Poëta

*Virg. lib. 11*  
*Æneid.*

testatur exclamans:

*Nulla salus bello. pacem te poscimus omnes.*

III.

Tertiò monemur hîc, ne quis Principum favori se totum committat, aut in facultatibus suis, rerumque copiis confidat: Nam vt

*Eobanus*

Poëta inquit,

*Hessius in*

*Tutius est. prestatq; Deo confidere soli.*

*Psal.*

*Quàm se principibus credere mille viris.*

*Pecuniabo*

Caduca enim pecuniæ bona cùm sint, &

*na vana et*

repentè euanescant, teq; non solum in mole-

*caduca.*

stias, miserisque animi cruces, verum etiam extremam in desperationem coniiciat, stultum

profectò



profecto est in auro aliquem spem dignitatis  
aut salutis suæ collocare maximam : Nam ut  
Poëta testatur,

*Sapienter auro multa sibi esse mala*

Et Seneca,

*Dij immortalis, obsecro aurum quid valet?*

*Venerum in auro bibitur, expertus loquor.*

Sed quis elegantius Iuvenale, cum ait,  
*Tantus parva malis, cura maiore, metuque*  
*Servantur, misera est magni custodia census.*  
*Sed plures nimia congesta pecunia cura*  
*Strangulat, & cuncta exuperans patrimonium*  
*census.*

Idem alibi,

*Nec plura venena*

*Miscuit, aut ferro grassatur saepius & illum*

*Humana mentis vitium, quam sena cupido*

*Indomiti census.*

Libet his adiacere elegantissimum Auso-  
nij Epigramma de Cræso & Diogene.

*Effigiem rex Cræse tuam dussime Regum*

*Vidit apud manes Diogenes Cynicus.*

*Constitit, atque procul solito maiore cachinno*

*Concussus dixit, quid tibi diuitia*

*Nunc profunt, Regū Rex oditissime? cum sis*

*Sicut egonudus, me quoque pauperior:*

*Nam quacumq; habui mecū fero, cū nihil ipse Fortuna tā*

*Ex tantis tecum Cræse feras opibus. prospera*

Itaq; cum fortunæ ornatur muneribus quā ad-

amplissimis, & ad gloriam erigimur, eum sta- uer su pro-

bilem esse nequaquam nobis persuadeamus. dentia re-

Nihil. n. tam contrarium est rationi atq; con genda est,

stantiæ



stantiæ q̄ fortuna: Quare eius tam prosperos,  
q̄ aduersos, quantū humano cōsilio effici po-  
terit, motus prudentia quadam gubernabi-  
mus, non ilicō, cum ea quæ largita est repetit,  
desperabimus, sed potius Diuum Iobum ad-  
hortantem nos, audiemus,

*Cū bona de Domino suscepis omnia dextra,  
Cur mala non itidem sustinuisse Scler?  
Quæ tibi cuncta Deus dedit, hæc Deus abstulit  
idem,*

*Ecce is ad plucitum cuncta creata suum.  
Quisquis es ergo graui fortune pressus ab Au-  
Laudib. extollas nomen ad Astra Dei. (Stro.*

IIII.

Proponitur hic illustre exēplum prouer-  
bij illius quo dicitur, malè partum malè dif-  
perit, qua enim occasione fraudādi bona tua  
comparaueris, eadem amittes. Idcirco etiam  
orta est vulgaris illa sententia.

*Lucrum malum aequale dispendio,  
quod Hesiodus sic effert:*

*Μὴ λυχνὰ νόσ δλοίειν, λυχνὰ νεπλέα ἴσα δ-  
τησίω.*

*Ne malè lucreris, mala lucra aequalia damnis.*

*Vtinam autem hanc sententiam cum mor-  
mortales omnes, tum præcipuè negociatores,  
non scriniis, sed pectori in sculperent suo, du-  
cerentq; non esse lucrum, quod iactura bonæ  
mētis comparatur: neq; quicquam vrile esse,  
quod non idem sit honestum. Verūm illis  
magis arridet illud Ennianum,*

Ennius.

*Vade habeas quarit nemo, sed oportet habere.*

Sed



Sed contra Sophocles,

*Sophocles.*

*Non Undecunq; lucra gaude quarere,  
Plerosq; siquidem turpibus de quaestibus  
Aufferre damnum, non salutem videris.*

Hinc prouerbiales quoq; aliquot Senarij  
nati videntur:

*Κέρδος πονηρὸν ἡμίαν ἀεὶ φέρει.*

*Dispendium affert fraude quaesitum lucrum.*

Et,

*Τὰ δ' αἰχρὰ λίεθον συμφορὰς ἐργάζεται.*

*Acturpe lucrum adducit infortunium.*

Huc etiam pertinet Pindari sententia:

*Pindarus.*

*Τὸ ἢ πᾶρ Δίνων γλυπὸν πιροτάτα μένει  
τελοῦτά.*

*Quod praeter iustum est dulce, exitum ha-  
bet amirissimum.*

Qui enim furtis, rapinis, aut alio quouis *Res male*  
malo dolo res & facultates suas amplificat, *parta, ma-*  
horum possessio nunquam hereditario iure *le dilab-*  
ad tertium haeredem peruenit, cuius rei ex-  
empla quotidie videre licet.

CAPVT XXV.

ARGVMENTVM.

*Spe Reginalenis Vulpis tactatur in an. i,  
Dum promittit opes rupe latere cana.  
Credere turpe nimis nulli, Verū omnia cuique  
Credere, tam stultū quā nocet illuderit.*

**R**egina lucri maxima  
Spe captam ore femina,

H

De